



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

97 Legationes & viris Dei committere, & per se recte obire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XCVII.

Legationes
rectè obire.

LEGATIONES ET NEGOTIORVM
functiones tum viris Dei committere,
tum per sese rectè obire.

1. ANNO Christi 387. *Iustina Augusta* & *Valentinianus Iunior*, (filius,) S. Ambrosium
Episcopum Mediolanensem rogant, ut bis obire
legationem in Gallias ad Imp. Maximum
postea ad eundem alium legatum Dominium no-
mine. Sed ex ambarum legationum exemplis
tuit, ait Baronius, quàm præsent prudenti
consilio, instinctu diuini Spiritus, Dei seruus
obeundis magnis negotijs, illis, qui probè
tantùm inuites sæculi in grauissimas proba-
tur difficultates. Nam S. Ambrosius Spiritu con-
siliij & fortitudinis, quo detegat strophas
mi, magnis animis in eum legatus inuehitur. Domi-
ninus verò, vanis deceptus illecebris, Maximum
sub pacis inuolucro bellum regentem, postquam
Italiam intulit. Quis autem prima facie factus
vtriusque inspiciens, non Ambrosium inuolucro
illiberalemque, eo modo tam asperè dureque
gentem cum Maximo, iudicasset; Dominium
rò dexterrimum virum, & in obeundis negotijs
solertissimum, quippe qui arte sua adeo
uinxisset, addixissetque Maximum Valentinianum
cùm tot tantisque ab eo muneribus donatus,
frequentatus officijs esset, atque auxilia res ab
lo copias ad oppugnandos ingruentes barbaros
accepisset? Sed exitus declarauit, cuiusnam

no diuini dono consilij administrata fuerit.

Debent igitur Magistratus ad legationum munera quærere & seligere emunctæ naris, & summi iudicij viros, rerum peritos, in obseruandis rebus singulis diligentes, qui sint quasi Principum oculi emissi, aures ac manus longæ, vt inquit Steph. Vinand. in *Hercule*, pag. 161. Ad hæc requiritur, vt qui legatum agit sit vir 1. *diarropos*, quasi igneus, hoc est, acer, strenuus, industrius, integer, & candidus. 2. animosus, ac confidens; non timidus, & meticulosus. 3. habeat mentem, valeat ingenio, sit instructus prudentia & consilio, & quidem subito. 4. sit eloquens, non aliorum vt in dicendo opera cogatur. (*Plut. in præc. ger. Reip.*)

2. Hoc nomine celebratus est *Seruius Sulpitius*, & dignus statua à Cicerone iudicatus. (*Phil. 9.*)

3. *Agri Spartanus* commendatus, qui ad Philip-pum Regem legatus missus, solus sine comitatu Regem accessit, cumq; Rex hoc esset admiratus: *Veni, inquit, vnus ad vnum*, legatorum aliorum tacitè sumptus perstringens. (*Plut.*)

4. Clarus est factus *Anaximenes*, qui cum missus ad Alexandrum Magnum esset, Lampsacenis vehementer iratum, vt eum placaret; ille verò eo viso iureiurando affirmaret, nihil eorum, quæ Anaximenes, quamuis Præceptor, peteret, se concessurum, prudenter ac ex tempore; *Hoc ergo, inquit, à te peto Rex, vt Anaximenes Præceptoris tui patriam funditus euertas*: eoq; dicto effecit, vt vel inuitus Alexander Lampsacenis parceret. (*Pausan. lib. 6.*)

5. *M. Popilius Lenas* ad Antiochum Epiphanem legatus à Romanis ablegatus, celebre inde nomē

N n 5 repor-

reporauit, quod animo magno infractoque Regem cunctantem responsumque differente vix circum scripsit, ne vltra spatium illud differendū exiret, eoque Antiochum adegit, vt bellum contra Ptolemæum Regem populi Rom. amicum susceptum omitteret. *Lin. lib. 45.*

6. *Cineas*, teste Pyrrho plures orationes quam Rex armis vrbes subegit. (*Plut. in Pyrrho*) De legationibus doctè scripsit Albericus Gentilis, I. D.

Leges vtilis ferre.

Vide Signum 31.

Ratio.

SIGNVM XCVIII

LEGES REIP. VTILES CONDENDI

Arist. 3. *Pol. c. 1.* docet, non modo peritiam sed necessariam quoque esse conditionem legum. Debent enim ciues regulam aliquam manam habere, qua in quotidianis actionibus consuetudinibus humanis dirigantur. Quod item Magistratus Politicus possit ferre leges diligentes in conscientia ad peccatum, docet Aristotus ad Rom. 13. vbi dicit: 1. omnes homines ideo subditos esse illi debere: quia potestatem sit à Deo. 2. Dei ordinationi resistere, qui Magistratui resistit. 3. eum damnationem acquirere (æternam, vt Patres exponunt.) 4. non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam habere esse subditum, & legibus parere. Quomodo enim Magistratus posset præuaricatores inter legum morte multare, si culpam in conscientia præuaricando non contraxerunt: Omnis pena iusta est, poena peccati est. *Augustin. 1. Sermon. cap. 9.*

Cyrus interrogatus, quosnam putaret esse viles

